HINCMARUS REMENSIS. BEDA VENERABILIS. WALAFRIDUS STRABO. ISO SANGALLENSIS. BEDA VENERABILIS. HERMANNUS CONTRACTUS. HIERONYMUS

Mitte 12. Jh. Seite 35r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36571
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

qui tunc temporis cum quibusdam frib' nobis immo carissimis
illo conflux erat. ac deinde omnem illi concilii clerum epi' comonuit
ut triduani ieunii abstinentiam facientes totius boni fonte in
commune precarentur. quatenus pietatis suae munere his in rebus
suae voluntatis dispositione dignarentur perficere. Quibus dictis. episcopi
tentam synodus conlaudat. seq; libenter ita facturum esse pclamat.

Finito itaq; synodi huius concilio.
ac pacto trium dierum ieunio. venerabilis presul ad idem monasterium
cum suis pueris. seniori nrm grimaldum rectori ipsius monasterii. ac
ludowici regis archicapellanum de hac re tractaturus aggreditur.
Post amicorum salutationis officia. cum mutuis inter se colloquiis uterque
illius rigorem ac miracula ob indicium sanctitatis cum frequenter ostensa comme
morarent. monachos eiusdem cenobii in unum conuenire precipiunt. simul
cum eis residentes. sem corpus de tumulo in quo catenus iacebat auferen
dum. atq; in sci galli ecclia collocandum. pari uoto ac comuni consilio
omes unanimiter decernunt. Venerabilis ea dem abba grimaldus quorun
dam animos metu ac formidine sentiens et pmotos. confidentior ceteris
efficitur. infirmantium mentes consolando roborat. et patrone affectio
nis studio trepidantium corda informat. astruens ex diuine uoluntatis
dispositione procedere. qd tam multa de eodem tumulo sci uiri corpuscu
lum auferre desiderarent. presul aut preclarus. cum abbate ta fiducialiter in
his rebus gerere conspicerent harmorum decanum una cum ceteris fribus
secum assumit. et ad sepulchrum accedens. lapidem suppositum remouerit
ipsumq; sarcofagum in quo thesaurus preciosi corporis iacebat precepit aperi
ri. Quo facto. membra sentiens plena inspiciens. monachos letanias
decantare precibusq; deuotis hortatur insistere. deinde ueneranda sci
patris exuuias humiliter deosculans. cum omni reuerentia de tumulo
subleuauit. et in lectica quae illarum receptui paulo ante comparata fu
erat reposuit. Sub capite aut. et circa uiri di pectus quedam panis